

iuge est quod obtulistis in monte sinai in odore suauissimi incensi domini. Et libabitis vini quartam partem huius pagnos singulos in sancuario domini. Alterum pagnum similiter offeretis ad vesperez iuxta omnem ritum sacrificij marurini et libamentorum eius. Oblationem suauissimi odoris domino. Die autem sabbati offeretis duos agnos anniculos immaculatos. et duas decimas simile oleo consperse in sacrificio. et liba que rite funduntur per singula sabbata in holocaustum sempiternum. In kalendis autem. id est in mensium exordijs offeretis holocaustum domino vitulos de amento duos. arietem unum. agnos anniculos septem immaculatos. et tres decimas simile oleo consperse in sacrificio per singulos vitulos. et duas decimas simile oleo consperse per singulos arietes. et decimam decime simile et oleo in sacrificio per agnos singulos. Holocaustum suauissimi odoris atque incensum est domino. Libamenta autem vini que per singulas fundenda sunt vitimas. ista erunt: Media pars hinc per singulos vitulos: tertia per arietem quartam pagnum. Hoc erit holocaustum per omnes menses. qui sibi anno vertete succedunt. Hircus quoque offeret domino pro peccatis in holocaustum sempiternum cum libamentis suis. Mense autem primo quartadecima die mensis. phasle domini erit. et quinquadecima die sollemnitas. Septem diebus vescentur aymis: quartum dies prima venerabilis et sancta erit. Omne opus seruile non facietis in ea. Offerentibus incensum holocaustum domino vitulos de amento duos. arietem unum. agnos anniculos immaculatos septem. et sacrificia singulorum et similia que consperse sunt oleo: tres decimas per singulos vitulos. et duas decimas per arietem. et decimam decime per agnos singulos. id est per septem agnos. et hircum pro peccato unum ut expiet pro vobis preter holocaustum marutinum. quod semper offeretis.

Ita facietis per singulos dies septem dierum: in fomitem ignis et in odore suauissimum domino qui surget de holocausto et de libationibus singulorum. Dies quoque septimus celebratus et sanctus erit vobis. Omne opus seruile non facietis in eo. Dies etiam primitiuorum quando offeretis nouas fruges domino expletis herbis domatibus: venerabilis et sancta erit. Omne opus seruile non facietis in ea. Offerentibus quoque holocaustum in odore suauissimum domino vitulos de amento duos. arietem unum. agnos anniculos immaculatos septem atque in sacrificijs eorum simile oleo consperse tres decimas per singulos vitulos per arietes duos: per agnos decimam decime qui simul sunt agni septem. hircum quoque qui mactat pro expiatione preter holocaustum sempiternum et liba eius. Immaculata offeretis omnia cum libationibus suis.

### CLXXIX.

**M**ensis etiam septimi prima dies venerabilis et sancta erit vobis. Omne opus seruile non facietis in ea: quia dies clangoris est et tubarum. Offerentibus quoque holocaustum in odore suauissimum domino vitulum de amento unum et arietem unum. et agnos anniculos immaculatos septem. et in sacrificijs eorum simile oleo consperse tres decimas per singulos vitulos. duas decimas per arietem. unam decimam per agnum. qui simul sunt agni septem. et hircum pro peccato qui offert in expiatione populi preter holocaustum kalendarum cum sacrificijs suis: et holocaustum sempiternum cum libationibus solitis. His de ceremonijs offeretis in odorem suauissimum incensum domino. Decima quoque dies mensis huius septimi. erit vobis sancta atque venerabilis. et affligetis animas vestras. Omne opus seruile non facietis in ea. Offerentibus quoque holocaustum domino in odore suauissimum vitulum de amento unum. arietem unum. agnos